

fines fueritis, tanta vos ornate modestia, ut vestri vestrorumque hominum¹⁾ actus exemplum religionis prebeant rudi populo; habentes pre oculis monentem Dominum, ut videant vestra opera bona et glorificent patrem vestrum, qui in celis est²⁾. Cum veneritis ad ducem patriae³⁾, dicite ei: Visitant vos apostolorum principes beatus Petrus regni celestis claviger et Paulus doctor gentium. Domnus autem Stephanus sanctissimus pontifex sancte catholice et apostolice Romanae aecclesiae et universalis papa, spiritalis videlicet pater vester, visitat vos et mandat vobis amabilem paternitatem. Amplectitur enim vos spiritaliter et diligit sicut unicum et carissimum filium. Omnes sanctissimi episcopi, presbiteri et diaconi cum reliquo clero sancte Romane aecclesiae optant vobis salutem; habent enim assidue vestri memoriam in suis Deo dignis orationibus apud beatissimorum apostolorum principum limina. Omnis honorabilis senatus a Deo conservande Romane urbis cum reliquo cetu fidelis populi mandant vobis salutes; desiderant enim omni prosperitate vos in Christi Dei nostri fide pollere et seculi gloria gaudere.

Primo die hec dixisse sufficiant, et si de patrie salute interrogaverint, que ad honorificentiam pertinent christianae religionis, aecclesie honoris, decentie imperialis prudenter respondete’.

b. Item. Dass der heilige Geist von Vater und Sohn ausgehe und über die Römische Kirche als Schutz und Hort der Dogmen. — ‘Spiritus sanctus a Patre et Filio⁴⁾, nec ingenitus dicitur, ut⁵⁾ duo patres, nec genitus, ut duo filii, sed procedens dicitur. Si dixerint: Prohibitum est a⁶⁾ sanctis patribus simbolo addere aliquid vel minuere⁷⁾; dicite: Sancta Romana ecclesia custos est et confirmatrix sanctorum dogmatum, quia in catholica fide principis apostolorum vicaricatione in nullo vacillat, ipso dicente Domino: Simon ecce Sathanas expetiit vos, ut cribraret quasi triticum; ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos⁸⁾. Hec omnes herrantes ad fidem duxit ecclesia et vacillantes roboravit, non immutando sancta dogmata, sed aut non intelligentibus, aut male sentientibus, exponendo’.

Cap. XII⁹⁾. Ueber die Messe in slavischer Sprache. — ‘Missas et sacratissima illa ministeria, que Sclavorum lingua

1) ‘omnium’ Hs. 2) Matth. 5, 16. 3) Zu Suatopluk. 4) Dies geht gegen die Lehre des Methodius, dass der heilige Geist nur vom Vater ausgehe. 5) ‘ne’ Hs. 6) ‘a’ fehlt Hs. 7) Dies geht auf den Zusatz ‘filioque’ in dem Symbolum fidei. 8) Luc. 22, 31. 32. 9) Die folgenden drei Capitel 12. 13. 14 sind aus einer Reihe von Verordnungen genommen, welche Stephan bereits zur wörtlichen Wiedergabe den Gesandten aufzeichnet; daher er von sich in der dritten Person spricht.